si sol oriatur cras. vel aliqd aliud simile. Iste ꝯditiões dñt haberi pro nõ adiectis .i. nõ appositis. Si aũt cõditio sit possibilis/aut est honesta aut inhonesta. si sit honesta: puta qꝫ dicit Contrahã tecũ si pater meus voluerit/vel si dederis michi centũ marcas. si cõditio nõ impleat/nõ tenetur matrimoniũ consummare donec cõditio fuerit adimpleta. etiã si in ꝯtrahendo spõsalia fuerit appositũ juramẽtũ. Et istud intellige semꝑ nisi carnalis copula fuerit subsecuta inter eos. qa tunc dꝫ verum matrimoniũ inter eos esse: qm videtur cõditionẽ recessisse. Si vero cõditio sit inhonesta: ⁊ sit ꝯtra naturã ⁊ substãtiã matrimonij: puta qꝫ dicit Contrahã tecũ si ꝓcures tibi venena sterilitatis. vel si ꝑ pecunia adulterãdã te tradas vel donec inueniã aliã pulchriorẽ. Ista cõditio viciat cõtractũ: ita ꝙ nõ sunt spõsalia nec matrimoniũ. Si vero cõditio sit inhonesta: nõ tñ est ꝯtra naturã matrimonij puta qꝫ dicit Cõtrahã tecũ si hoiem interfeceris. vel furtũ feceris ⁊ silia. Ista cõditio pro nõ adiecta dꝫ haberi: ⁊ est abiiciẽda: ⁊ tenẽt spõsalia. ¶ Notandũ tñ ꝙ lꝫ dictũ sit ꝙ sponsalia possunt cõtrahi sub cõditione ꝓmisse pecunie/nõ tñ põt ꝓmitti pecunia ꝑ modũ pene. ⁊ si ꝓmissa fuerit nõ tenet pene ꝓmissio nec põt repeti. vt si dicat sic. Nisi ꝯtrahã tecũ dabo tibi centũ marcas. nõ eni valet ꝯditio pecunie/cũ libera debeãt esse ꝯiugia. ff. de ver. obli. l. tua. c. de spõsalibus. Uelut. Si autẽ cõtrahantur sponsalia pure. i. sine cõditione. et sint ambo apti ad matrimoniũ cõtrahendũ. ⁊ in spõsalibꝰ cõtrahendis interuenerit iuramentũ sunt ꝯpellendi per excõicationẽ consummare mrimoniũ. nisi forte timeat de exorcidio vel de aliq alio ꝑiculo. sed si alter eoꝝ ꝯtraxerit cũ alio per vba de pñti iniũget ei penitẽtia de piurio ⁊ fide mẽtita vel absoluet ab excõicatiõe. Si aũt nõ interuenerit iuramẽtũ monẽdi sũt mrimoniũ ꝯsũmare/nõ cogẽdi. qa inuite nuptie malos ꝯsueuerũt hre exitꝰ xxx. q. ij. c. i. ⁊ ij.

Si aūt neuter est in etate nubili:tenent̄ expectare donec veniāt ad annos etatis legitimos ad ꝯtrahendū matrimoniū.⁊ idē dico si vnus est in etate legitima/ali⁹ non qꝛ ille qui est in etate legitima dꝫ expectare aliū.vel si se mutuo absoluerit poterunt iudicio ecclesie separari.

¶ Quibus casibus soluuntur sponsalia. Cap̄.v.

Ex quo spōsalia semel cōtracta sunt:semꝑ ligāt ita ꝙ si ꝯtrahāt spōsalia postmodū cū alia:⁊ nō sit ꝓcessum ad carnalē copula cū illa scd̄a:cōpellēdus est redire ad primā. si vero cognouerit carnaliter scd̄aꝫ cum iam matrimoniū dicat̄:dꝫ cum scd̄a manere: et non redire ad primā.Soluūtur aūt sponsalia in octo casibus Prim⁹ est si alter eoꝝ vult trāsire ad religionem.qđ pōtest facere altero inuito etiā si fuerit mr̄imoniū per verba de p̄nti cōtractū:dūmō nō fuerit per carnalē copulā ꝯsūmatū.Et ille ꝗ remanet in sclo remanet absolutus et hoc qñ alter fuerit ꝓfessus in religiōe. Habet̄ iste casus.ex̄ de ꝯuers̄.ꝯiuga.c.ex publico.extra de spō.duoꝝ.licet preter solitū.Scd̄s casus est qñ spōsus nō inuenit̄ qꝛ se transfert ad aliā regionē/tñ prius recepta pn̄ia de piurio vl' fide mētita.aut nō seruata/si ꝑ eū steterit matrimoniū quomin⁹ fuerit ꝯsummatū. Habet̄ iste casus extra de spon.c.Illis autē. Tertius casus est.Si alter eoꝝ post cōtracta sponsalia incurrit leprā vel paralisim aut oculos manus/pedes/vel nasum amiserit/vel ꝗcꝗ̄ sibi turpius euenerit:ponitur iste casus.extra de coniugio leprosoꝝ.c.Lr̄as de iuramēto.c.Quemadmodum. Quartus casus est.Si supueniat affinitas puta si sponsus cognouit consanguineā sponse.vel ecōuerso.Et ad hoc probandū sufficit sola fama.Habetur iste casus.vii.q.iii.c.Quidam desponsauit.extra de ꝯsang.⁊ affini.ca. Super eo.Quitus casus est.Si mutuo se absoluerint. Habetur iste casus.extra de sponsa.c.Preterea.Quidā tñ nō recipiūt istū casum vn̄ dꝫ ꝙ ista decretalis allega

ca nō est decretalis. vel ꝙ loq̄tur de ꝓmissiōe ꝯparatiua Sextus casus est. si alter eoꝝ fuerit fornicatus. Habet̄ iste casus. extra de iureiurā. ca. Quemadmodū. Septimus casus est. qñ spōsus de facto cū alia vel spōsa cum alio cōtraxerit per ṽba de p̄nti/vel per ṽba de futuro. ꝛ sequat̄ carnalis copula: tūc soluunt̄ spōsalia ꝓpter maius vinculū seu pactū supueniēs: sed dʒ agere p̄niam de piurio vel fide mētita. Ponit̄ iste casus. extra de spō. c. Cōsuenisti de spō. c. Tua nos. Octauus casus est. qñ minoꝝ ad etatē legitimā venit ꝛ petit absolui a vīculo spōsaliū ꝛ dari sibi licentiā nubēdi alibi. Habetur iste casus extra de spon. impu. c. de illis. ꝛ. ca. a nobis. Nota ꝙ oēs isti casus p̄ter p̄mū. qñ scʒ alter eoꝝ vult intrare religionē. intelligēdi sūt de spōsalibꝰ de futuro que vere ꝛ ꝓpe dicunt̄ spōsalia. Nota etiā ꝙ in duobꝰ casibus predictis ipso iure soluūtur sponsalia/scʒ anteq̄ intrat religionē et qñ ꝯtrahit matrimoniū cū alio vł cū alia. In ceteris vero casibus soluenda sunt per iudicium ecclesie.

¶ Sequitur scd̄a pars septimi tractatus prime partis principalis/que est de matrimonio.

¶ Quid est matrimoniū et vnde dicatur. Cap. i.

Postq̄ tractatū est de sponsalibus/dicendum est de matrimonio. Circa ꝙ consideranda sunt octo. Primo q̄d est matrimonium et vnde dicatur. scd̄o qualiter ꝯtrahitur matrimoniū. Tertio qñ ꝛ vbi ꝛ quibꝰ verbis fuit institutū. quarto q̄ fuit causa institutiōis matrimonii. Quinto q̄ p̄nt ꝯtrahere mr̄imoniū. Sexto ꝙ modis d̄r matrimoniū. Septimo quot sūt bona matrimonii. octauo que īpediūt matrimoniū. Matrimoniū a doctoribus sic diffinit̄: mr̄imoniū est viri ꝛ mulieris legitima ꝯiūctio/īdiuiduā vite ꝯsuetudinē retinēs nō aūt d̄r viri ꝛ mulieꝝ/nec viroꝝ ꝛ mulierū. qꝛ nec vnꝰ vir plures mulieres: nec vna mulier plures viros hr̄e pōt. Dicit indiuiduā vite. ꝛc̄. hoc est ꝙ neuter absqꝫ cōsensu alterius pōt

cōtinētiā p̄fiteri vel orōni vacare ꝫ ꝗ̄ iter eos dū viuūt p̄manet vīculū ꝯiugale. Alit diffinit mt̄imoniū sic. Est viri ꝫ mulieꝝ ꝯiūctio vite cōis ꝯsortiū diuini ꝫ hūani iuris cōicatio. Dr̄ aūt mt̄imōiū de mat .18. ꝫ munio .18. vn̄ mt̄imoniū q̄si mr̄is muniū .i. officiū. q2 dat mulierib⁹ eē mr̄es/vl' ideo magis denoiat a matre ꝙ̄ a patre. q2 eius officiū magis apparet in matrimonio ꝙ̄ officiū viri.

¶ Qualiter contrahitur matrimonium. Cap̄. ii.

Solo aūt ꝯsensu cōtrahit matrimoniū. q̄ si sol⁹ desit cetera etiā ip̄o coitu celebrata frustrant. ex quo eni p̄ v̄ba de p̄nti vir ꝯsentit maritali affectu in mulierē ꝫ mulier in virū sine v̄bis ꝯsuetis. vt si vir dicat. accipio te in meā vxorē/ꝫ ip̄a r̄ndeat. accipio te in meū virū. vl' si vir dicat volo te de ceto hēre in vxorē ꝫ ipsa r̄ndeat. volo te de ceto hēre in virū vel quibuscūq3 aliis verbis vl' signis exp̄mat cōsensus stati est matrimoniū. verūtn̄ si loqui p̄nt ꝯtrahētes verba sunt necessaria quantum ad ecc̄iam cōsensum mutuū cōtinentia vel exprimentia.

¶ Quando et vbi/et quibus verbis fuit institutum matrimonium. Cap̄. iii.

In paradiso terrestri fuit matrimoniū institutū et ante pc̄m. Quibus autē verbis fuit istitutū. Dicūt aliqui ꝙ illis v̄bis Genes. ix. c. Crescite ꝫ multiplicamini et replete terrā. Sed istud non credo verū. Fuerunt eni illa v̄ba poti⁹ b̄ndictio nubentiū. Vn̄ dico ꝙ verbis ade p̄phetico ore p̄latis fuit institutū cū dī. Nunc os ex ossib⁹ meis et caro de carne mea: p̄pter hoc dimittet hō patrē ꝫ matrē ꝫ adherebit vxori sue. ꝫ erunt duo in carne vna. vide de hoc supra in sacramētis in gn̄ali. c. i.

¶ Que fuit causa institutionis matrimonii. Cap̄. iiii.

Que sūt cause p̄ncipales istitutiōis mt̄imōii/l3 sūt multe secūdarie. Pria tn̄ p̄ncipalis cā est susceptio p̄lis. ꝫ p̄pter hāc cām istituit de⁹ matrimoniū in p̄adiso ante pc̄m inter p̄mos parētes q̄b⁹ dixit Gen̄. ix. Crescite

⁊ multiplicami ⁊c̃. Scd̃a cã est vitatio fornicatiõis. ⁊ ista cã hʒ locũ post pctm̃. Et de ista dicit apl's. i. ad cor. vii. c. ppt fornicationẽ vitãdã: vnusq̃sq; vxorẽ hẽat ⁊ vnaq̃q; vir suũ. Cause sedarie sunt multe. s. pacis reformatio / pulchritudo vxoris / diuitie ⁊ scia / ita tñ q̃ principalis intẽtio eor̃ q̃ ɔtrahũt nõ feratur ad ista / sʒ ad duo prima principalia.

¶ Qui pñt cõtrahere m̃rimoniũ. Cap. v.

Omnis hõ q̃ põt cõsentire in cõiugalẽ effectũ et carnalẽ copulã exercere: nisi expresse ꝓhibeat: põt contrahere m̃rimoniũ. Dico q̃ ɔsentire põt. q2 lʒ puer infra etatẽ illegitimã cõstitut⁹: hoc est infra. xiiii. ãnũ. ⁊ puella infra. xii. dicãt v̱ba ad matrimoniũ ɔtrahendũ q2 cõsentire nõ possunt nullũ est matrimoniũ. extra de spõ. c. Tue fraternitati. Silr̃ ille qui insanus est vl' furiosus lʒ dicat v̱ba req̃sita ad matrimoniũ ɔtrahẽdũ / nõ ɔtrahit: q2 ɔsentire nõ põt. xxx. q. ii. neq; furiosus. Et hoc est verũ q̃diu est in furia cõstitut⁹: qm̃ si aliqñ hẽat lucida interualla: ⁊ aliqñ redit ad sanã mentẽ nubere põt ⁊ testari. Et oĩa que alii põt: pñt et ipse facere. vt. c. de codicil. l. nec codicillos. vii. q. i. q̃uis. Dico etiã q̃ carnalẽ copulã põt exercere. qm̃ ille q̃ caret virga virili vl' vtroq; testiculo / vel q̃ est naturalr̃ frigid⁹ ɔtrahere nõ põt. extra de fri. ⁊ malefi. c. q̃ si. Dico etiã nisi expresse ꝓhibeatur. q2 edictũ de matrimonio ɔtrahendo est ꝓhibitoriũ. ideo oĩs cui nõ ꝓhibet cõtrahere põt. extra de spõ. c. Cũ apud sedẽ. Prohibetur eni aliqua ꝓpter votũ: et etiam ꝓpter ordinẽ. Et ita in aliis impedimẽtis / de quib⁹ dicetur infra. ¶ Nota q̃ matrimoniũ potest cõtrahi inter absentes per ꝓcuratores. sicut factum fuit inter regem vngarie ⁊ dñam albam filiam regis francie.

¶ Quot modis dicitur matrimonium. Cap. vi.

Matrimoniũ dr̃ multis modis. Nã aliud est legitimũ: aliud clandestinũ. M̃rimoniũ legitimũ est qñ ab his q̃ sup feminã habẽt ptãtẽ vxor petit a parẽtibus

spōsalr ⁊ legib⁹ dotatr/ac a sacerdotib⁹ vt moris est bñdi
cit/⁊ a paranymphis custodit/ac solēnitr accipitr:non tn̄
intelligas q̄ sine istis solēnitatib⁹ nō pōt eē vex m̄rimo
niū. Sȝ sicut est in aliis sacr̄is q̄ q̄dā sunt de necessitate
sacri:quedā aūt de solennitate tm̄.ita in m̄rimonio q̄dā
sūt ptinētia ad substātiā m̄rimonii:sicut ꝯsensus p v̄ba
de p̄nti exp̄ssus ⁊ iste solus facit m̄rimoniū. Quedā aūt
sūt ad solēnitatē ⁊ decorē:sicut solēnitates predicte sine
quib⁹ est matrimoniū verū ⁊ legitimū quātū ad v̄tutē
ꝯtus nō quātū ad honestatē. Clandestinū matrimoniū
est qđ fit sine solēnitatibus predictis. Et q̄ sic ꝯtrahunt
exponūt se magno periculo. Posset eni alter alterū di-
mittere qñ vellet ⁊ de facto cū alio vel alia cōtrahere ⁊
sic in adulterio manere. vñ talib⁹ ꝯsulēdū est in foro cō
scientie vt de nouo in facie eccl'ie ꝯtrahant. Itē m̄rimo-
nioꝝ:aliud est initiatū:aliud pfectū siue ꝯsummatū per
carnalē copulā initiatū v̄o p v̄ba de p̄nti. Notādū tn̄ q̄
m̄rimoniū pōt esse pfectū duob⁹ modis. vno mō sctitate
alio mō signatiōe. M̄rimoniū ergo pōt eē pfectū sctita-
te ante carnalē copulā. vñ Aug. ad quandā q̄ simul ⁊ se-
mel cū marito suo votū emiserat castitatis dicit sic inter
cetera. Nō q̄ȝ tēperabatis parit a ꝯmixtiōe carnali:ideo
marit⁹ tuus desiderat esse/imo tāto sancti⁹ cōiuges ma
nebat quāto sāctiora ꝯcordit placida seruabat. Sȝ m̄ri
moniū nō est pfectū signatiōe ante carnalē copulā. Cō-
iūctio ei corpis viri ⁊ mulier signat ꝯiūctionē diuine na
ture ⁊ humane in psona filii dei. vide de hoc supra de sa
cr̄is in gn̄ali.c.i. Et sic soluitr ista q̄stio. Utrū inter btīssi-
mā v̄ginē mariā ⁊ ioseph fuerit pfectū sctitate m̄rimo-
niū. Dr eni q̄ fuit pfectū sctitate sȝ nō signatiōe. Quidā
dicūt m̄rimoniū initiatū p spōsalia de futuro:ratū p cō
sensum de p̄nti ꝯsūmatū p carnalē copulā. Itē m̄rimo-
nioꝝ:aliud est legitimū ⁊ nō ratū aliud ratū ⁊ nō legi-
timū. aliud ratū ⁊ legitimū. M̄rimoniū legitimū et nō

ratū est inter ifideles. Et dr legitimū qr legali istitutiõe et puincie moribꝰ nõ ↄtra iussionẽ dñi ↄtrahit: sz nõ est ratū qr sine fide fit. vñ Aug. Nõ est ratū ↄiugiū qd sine deo est. Mrimoniū ratū ⁊ nõ legitimū est qd fit iter fideles psonas: sed sine debita solẽnitate ↄtrahitur. Matrimoniū ratū ⁊ legitimū est qd inter legitimas ⁊ fideles personas cū debita solennitate est cõtractum.

Quot sunt bona matrimonii. Cap. vii.

Bona matrimonii pricipalr sunt tria. s. fides / ples / ⁊ sacrm. Fides attẽdit ne post vinculū cõiugale cū alio vel alia coeatur. Scdm in ple vt amet / suscipiat ⁊ religiose educat. Tertiū in sacro vt ↄiugiū nõ separet. Et nota q duo pma bona qñqz sunt in mrimonio / qñqz non. tertiū vero inseparabiliter adheret mrimonio.

Ca. viii. qd i se ↄtinet. xvi. c. est de ipedimẽto mrimõii.

Impedimẽta mrimonii sũt. xii. que ipediũt mrimoniū ↄtrahendū ⁊ dirimũt iā ↄtractū. Si eni ipa vel aliqd ipoꝝ pcedãt mrimoniū: ↄsensū ↄiugalẽ excludũt. Si vo sequant mrimoniū: nullũ pstãt impedimẽtū. sicut ptz p ista exẽpla. Furiosꝰ nõ põt ↄtrahere mrimoniū. si tñ postq̃ ↄtraxerit efficiat furiosus. nõ ppter hoc soluit mrimoniū. Itẽ q hz vtrũqz testiculū sectū. i. eunusum nõ põt ↄtrahere mrimoniū. si vero postq̃ ↄtraxerit scinderet / nõ ppter hoc soluit mrimoniū. Et ita intelligendū est de aliis ipedimẽtis mrimonii que in his vsibꝰ ↄtinent. Error / ↄditio / votū / cognatio / crimen. Cultꝰ / disparitas / vis / ordo / ligamẽ / honestas. Si sis affinis: si forte coire neqbis. Hec facienda vetãt / ↄnubia fcã retractãt. Pteter aũt ista duodeci impedimẽta q ipediũt mrimoniū ↄtrahẽdū ⁊ dirimũt iā ↄtractū. sunt alia que ipediũt ↄtrahendū: sed nõ dirimũt ↄtractũ / sz tẽpus feriarū et interdictū eccl'ie. Versus. Eccl'ie vetitū: necnõ tẽpus feriaꝝ. Ista vetãt fieri pmittũt facta teneri. Que ⁊ qualr intelligi debeãt / dicendū est de vnoquoqz coꝝ.

¶De impedimento erroris. Cap.ꝑmo.

NUmeratis oībus impedimētis erroris.dicēdū est de q̄libꝫ ipoꝝ.Et ꝑmo de īpedimēto erroris ꝑsone que ex sui natura nō ex institutiōe eccl'ie matrimonialē ꝯsensum excludit.qm̄ qui errat nō ꝯsentit.vt.ff.de iu.o. iudi.l.ii.vi.Per errorē ⁊ errātiū volūtas nulla est.vt.C. de iu.⁊ facti igno.l.cū ꝑ testamentū.⁊.l.nō idcirco.vn̄ si vir vel mulier erret in mr̄imonio ꝯtrahēdo:null⁹ est cōsensus q̄ sol⁹ facit mr̄imoniū. Nota tn̄ ꝙ triplex pōt eē error circa ꝑsonā.vnus ipi⁹ ꝑsone/vt si de petro credat ꝙ sit guillerm⁹.erratr̄ circa ꝑsonā.Alius est error fortune.vt si de paupere credatr̄ ꝙ sit diues.Tertius est error q̄litatis.vt si de ignobili credatr̄ ꝙ sit nobilis.vl' de corrupta ꝙ sit v̄go.modo error ꝑsone īpedit mr̄imoniū.vt si credēs ꝯtrahere cū petro ꝯtrahit cū guillermo/vel credēs ꝯtrahere cū martha ꝯtrahit cū maria.nullū est matrimoniū.Error aūt q̄litatis ⁊ fortūe nō īpedit mr̄imoniū. Vbi grā.Aliq̄s cōtrahit cū aliq̄ credēs eā esse v̄ginē vl' filiā regis:⁊ tn̄ ipa est corrupta/vel filia rustici:tenet matrimoniū.vl' credit ꝯtrahi cū diuite ⁊ ꝯtrahit cū paupere/tenet matrimoniū.xxix.q.i.c.His ita.⁊c̄.

¶De impedimento conditionis. Cap.ii.

IMpedimētum cōditionis introductū est ad eccl'ia in fauorē libertatis.Et de hoc breuiter est tenendū ꝙ si libera ꝯtrahatr̄ scient̄er cū seruo.vel liber cū ancilla: tenet matrimoniū īter eos.Si v̄o libera ꝯtrahat cū seruo ignorāter q2 credit ipm̄ eē liberū.vl' liber cū ancilla q̄ credit eā eē liberā.nullū est mr̄imoniū inter eos/si hoc ignorāter egerint.nisi postq̄ alter nouerit ꝯditionē alterius eē talē ꝯsentiat in eū vl' eā v̄bo vl' facto vl' carnali copula.Nota tn̄ ꝙ error deterioris ꝯditionis interimit matrimoniū ꝯtrahendū ⁊ dirimit iā contractū.nō autē error paris vel melioris.vt si seruus cōtrahat cū serua quā credit esse liberā.vel cū libera quā credit eē seruā.

q̄ nō decipitur nec habꝫ qđ obiiciatur ei. De cōditionibus appositis in matrimonio/vide supra.de spon.c.iiii. quia idem est iudicium hic et ibi.

¶ De impedimento voti. Cap.iii.

CIrca impedimentū voti nota ꝙ intelligit̃ de voto ꝯtinētie siue de voto castitatis. Circa qđ notādū ꝙ duplex est votū ꝯtinētie. Nā qđdā est simplex aliđ solēne. Votū simplex ip̄edit m̃rimoniū ꝯtrahēdū/sꝫ nō dirimit iā ꝯtractū. Qđ autē votū simplex sit solēne: lꝫ olim altercatio fuerit inter doctores: tū hodie est declaratū p̄ dñm Bonifa.viii.ex. de voto et voti redē.c.vnico.li.vi. vbi đꝛ ꝙ votū solēnizat̃ quātū ad dirimēdū m̃rimoniū duobus modis. vno mō p̄ susceptionē sacri ordis.s.subdiaconatus/diaconat⁹/ꝛ p̄sbyteratus. alio mō p̄ ꝯfessionē expressam vel tacitā factā alicui de religiōib⁹ approbatis. Promoti ergo ad sacros ordines ꝛ religiosi non p̄nt ꝯtrahere matrimoniū. Nota penalē institutionē in ꝯstitutiōib⁹ dñi Clemētis pape ꝯtra religiosos ꝯtrahētes matrimoniū de facto.scꝫ ꝙ sunt excōicati ꝛ irregulares/nec potest cū eis nisi per sedē ap̄licam dispēsari.

¶ De impedimento cognationis naturalis. Cap.iiii.

COgnatio est triplex. quedā est carnalis.q̄dā sp̄ualis.ꝛ quedā legalis. Et p̄mo videndū est de cognatione carnali q̄ naturalr̃ alias p̄cedit.ꝛ ista vocat̃ ꝯsanguinitas. Videndū est ergo q̄d est ꝯsanguinitas ꝛ vñ dicat̃. q̄d est linea ꝯsanguinitat̃. quot sunt linee. q̄t grad⁹. et quō cōputant̃.ꝛ vsqꝫ ad quē gradū matrimoniū p̄hibeat̃. Cōsanguinitas est vinculū p̄sonarꝫ ab eodē stipite descēdētiū carnali ꝓpagine ꝯtractū. Stipitē dico illam personā a qua alij duxerūt originē. sicut adā fuit stipes cayn ꝛ enoch.ꝛ eorꝫ q̄ descēderūt ab eis. Dr̃ aūt ꝯsanguinitas a con qđ est sil' ꝛ sanguis/quasi cōem sanguinē habētes/vl' de vno sanguine ꝓcedētes. Linea est ordinata collectio p̄sonarꝫ cōsanguinitate cōiunctarꝫ ab eodē sti-

ꝑte descēdentiū diuersos gradus ꝯtinēs. Linee sūt tres scꝫ ascēdentiū descēdentiū ⁊ trāsuersaliū. Pꝛia scꝫ ascēdentiū est illoꝝ a q̄bus traximus oꝛigine. sicut pat/ mr̄/ auus/ aua/ pauus/ paua/ abau⁹/ abauā. Scd̄a scꝫ descendentiū. est illoꝝ q̄ duxerunt oꝛiginē a nobis sicut filius filia/ nepos/ neptis/ ꝓnepos/ ꝓneptis/ abnepos/ abnept. Tertia est trāsuersaliū siue coꝛrelariū. et ista est a q̄bus nō duximus oꝛiginem/ nec ipsi a nobis. vt frater/ soroꝛ/ filii duoꝝ fratrū q̄ dn̄t patrueles/ filii duaꝝ soroꝝ q̄ dicunt̄ ꝯsobꝛini ⁊ eoꝝ filii ⁊ nepotes vsqꝫ ad quartū gradū noient̄ ista. xxxv. q. v. Pꝛio gradu. Et nota ꝙ due linee descēdētes faciūt vnā lineā trāsuersalē. vt ptꝫ in hoc exemplo filii duoꝝ fratrū attinēt sibi linea trāsuersali. et q̄libꝫ ipoꝝ in recta linea descendit ab auo eoꝝ cōi q̄ fuit stipes cōis a quo traxerūt oꝛiginem. ⁊ sic de oibus aliis est intelligēdū. Nūc ergo dicēdum est q̄d sit grad⁹. Pꝛo quo sciendū ꝙ alter ꝯputāt grad⁹ canoniste. ⁊ alter legiste. Nā ſm canonistas due ꝑsone in linea trāsuersali faciūt vnū gradū. sed ſm legistas quelibꝫ ꝑsona facit vnū gradū. vt puta: duo fratres sunt in vno gradu. pꝛio ſm canonistas. qui ſm legistas sunt in duob⁹: ⁊ sic de singulis. Sed qꝛ istud paꝝ aut nichil facit ad ꝓpositū: ideo dimittat̄. ⁊ videam⁹ quid sit gradus. Gradus est habitudo distantiū ꝑsonaꝝ qua cognoscit̄ quota generatiōis distātia due ꝑsone inter se differūt. Gradus itaqꝫ in linea ascendenti sic ꝯputant̄. pater ⁊ mater sunt in pꝛimo gradu. auus aua sunt in scd̄o. pauus/ paua/ in tertio. abau⁹ abaua/ in quarto. In descēdenti autē sic ꝯputant̄ filius et filia sunt in pꝛimo gradu. nepos neptis/ sunt in scd̄o pꝛonepos ꝓneptis/ in tertio. abnepos abneptis/ in q̄rto. In trāsuersali vero linea cōputant̄ sic. duo fratres sūt in pꝛio gradu. filii duoꝝ fratrū in scd̄o nepotes eoꝛūdē scꝫ duoꝝ fratrū in tertio. ꝓnepotes eoꝛūdem in quarto vltra quē gradū nulla cōputat̄ hodie ꝯsanguinitas. vel

ptendit̄ quātū ad mrimoniū ipediendū/lz antiq̄t⁹ ptē-
deret vsq̧ ad .vii. gradū. Uidendū est igit̄ sm istā doctri
nam qualiter ɔsanguinitas computāda est inter aliq̄s.
Cum eniz vis scire de aliquibus: puta de bartholomeo
⁊ bertha quoto gradu cōsanguinitatis attinēt sibi accipe
aliquē cōem stipitē a q̄ ambo traxerūt originē. Ubi gr̄a.
Petrus generauit iacobū ⁊ iohānem q̄ fuerūt fratres/
ecce pmus gradus. vel si nō potes scire quis sit pr̄ eoꝝ/
dicēs. Jacob⁹ ⁊ iohānes sunt fratres qui vt dictū est fa-
ciūt pꝛimū gradū. et hoc ideo dico: qꝛ fratres sunt sem-
per ponendi in pmo gradu. sicut frater ⁊ soroꝛ ⁊ due so-
roꝛes. Pꝛocede ergo in cōputatione Jacobus et iohan-
nes fuerūt fratres: qui vt dictū est faciūt pꝛimū gradū.
Jacobus generauit andꝛeā. ecce scd̄s gradus. Andꝛeas
generauit philippū. ecce tertius gradus. Philippus ge-
nerauit bartholomeū. ecce quartus gradus de quo nūc
agitur. Modo reuertetur ad iohannē qui fuit frater ia-
cobi. et pcede sic. Jacobus et iohānes vt dictum est fue-
runt fratres. Johannes genuit thomam. ecce scd̄s gra-
dus. Thomas genuit bertham de qua nunc agitur. ecce
tertius grad⁹. vides ergo quomō bartholomeus ⁊ ber-
tha sibi attinent ex vna parte in tertio gradu. et ex alia
in quarto. ⁊ hoc loquēdo vsualr̄. qꝛ sm veritatē nō atti-
nēt sibi nisi in quarto gradu/⁊ sic nō pōt esse matrimo
niū inter eos. Illud idē faciēdū est de illis q̄ magis vel
minus vicini sunt in cōsanguinitate/ dicēdo: tales ⁊ ta-
les attinēt sibi in tali gradu. Et q̄ ita numerādi sūt gra
dus ⁊ numerāde ꝑsone: colligit̄ expꝛesse ex illis duabus
decretalib⁹. extra de ɔsan. ⁊ affi. c. Tua nos. Et extra de
testib⁹. licet q̄dē. Sed pone q̄ due ꝑsone attinent sibi ex
vna pte in scd̄o vel in tertio gradu. et ex altera in q̄rto.
nūquid poterunt cōtrahere mrimoniū inter se? Dico q̄
sic. qꝛ semꝑ stādū est remotioꝛi ꝑsone in ɔsan. ⁊ affi. c. ex
de ɔsan. ⁊ affi. c. Inter. In hoc eni casu remotioꝛ ꝑsona

existit extremitas ꝯsanguinitatis.vñ nõ attinent sibi ex quo ꝯsanguinitas est inter eos extra gradũ ꝯsanguinitatis inclusiue.q̄a sicut antiq̄tus oĩs ꝯsanguinitas t̄minabatᷣ in septimo gradu:ita hodie in q̄rto terminatᷣ. Ex ꝓdictis pꝫ ꝙ oĩs ꝯsanguinitas īpedit ⁊ dirimit matrimoniũ vsq̄ ad q̄rtũ gradũ ꝯsanguinitatis inclusiue et non vltra. Et intellige in trãsuersali linea nõ autē in ascendēti qꝛ in illis infinitũ extēditᷣ cõsanguinitas inclusiue sed in trãsuersali vsq̄ ad quartũ gradũ ꝓtenditur consanguinitas ⁊ non vltra quasi dicat ꝙ quintus gradus aperit portam ad matrimonium.

¶ De cognatione spirituali. Cap̄.v.

Uiso de cognatione carnali/videndũ est de cognatione spirituali.vnde videndum est quid sit cognatio spũali. vñ vidēdũ est q̄d sit cognatio spũalis/⁊ quot sunt ei⁹ species:⁊ quõ īpedit matrimoniũ ⁊ in q̄b⁹ sacr̄is cõtrahitᷣ. Cognatio spũalis est ꝓpinquitas ꝓueniēs ex sacramēti datione vel susceptione.verbi gratia. Sacerdos baptizat puerum. tu suscipias eum vterq̄ vestrum est inter spũalis pueri: ⁊ estis cõpatres ꝓut legitur.iii. q.i.Oĩs.Species cognatiõis spũalis sunt tres. Prima dꝛ ꝯpaternitas.Scd̄a paternitas.et ista attēditur inter illũ qui suscipitᷣ ⁊ eũ q̄ suscipit.s.inter patrinũ ⁊ puerũ. tertia dꝛ fraternitas.⁊ ista attēditᷣ inter filiũ tuũ spũalē ⁊ filios tuos carnales. Cõpaternitas dꝛ a con q̄d ē sil' ⁊ p̄nitas/q̄si sil' vel cõis patnitas.Nã vn⁹ cõpater semper spũalis est.⁊ ali⁹ carnalis.Restat ergo videre q̄d iuris de m̄rimonio taliũ.⁊ ꝑmo de ꝯp̄nitate. Notãdũ ergo ꝙ duplex est ꝯpaternitas.s.q̄dã est directa.s.illa quã ego ꝯtraho ꝑ meip̄m et illa īpedit m̄rimoniũ. vt si ego suscipio filiũ berthe mulieris vel ipsa meũ nũq̄ꝫ potero eã hr̄e in vxorē.⁊ si accipio eã separandũ est m̄rimoniũ Ita dꝛ extra de cog.spũali.c.Ueniens.Alia dꝛ ꝯpaternitas indirecta siue emergēs scꝫ illa que vn⁹ ꝯiugũ postq̄ꝫ

sunt vna caro effecti cōtrahit per actū alterius. quia illa quā cōtraho per actū vxoris mee postq̄ est a me carnaliter cognita. sicut si vxor mea suscipit filiū aliquorum ambo parētes pueri sunt cōpatres mei. q̄uis ego nō suscipiā eū qm̄ cōicant sibi cōiuges adinuicē actiones. Et de hoc ponit̄ euidētissimū exēplū in quadā decretali de cognatiōe spūali. c. Martin⁹. vbi dr. Martin⁹ duxit bertham et leonard⁹ brigidā: post matrimoniū leonard⁹ leuauit de sacro fonte filiū martini ⁊ berthe. demū mortui sunt leonard⁹ ⁊ bertha. remāserūt martin⁹ ⁊ brigida cui maritus suus leonardus acq̄sierat cōpaternitatē per filiū martini. q̄rit̄ vtrū p̄fat⁹ martin⁹ posset ɔtrahere matrimoniū cū p̄fata brigida. Et dn̄s papa rn̄dit q̄ nullo mō. Et sic p3 q̄ ɔpaternitas tam directa q̄ indirecta īpedit m̄rimōiū ɔtrahēdū: ⁊ dirimit iā ɔtractū. Modo videndū est de paternitate spūali que attēdit̄ inter suscipientē ⁊ susceptū. i. īter p̄rinū vl̄ matrinā filiolū vel filiolā. Et dicēdū est q̄ nūq̄ pōt eē m̄rimoniū īter tales. ⁊ si de facto ɔtraxerint sūt separādi. xxx. q. i. De eo q̄ interrogasti xxii. q. ii. Si q̄s cū m̄re spūali. Ultimo videndū est de fraternitate spūali q̄ attēdit̄ inter filiolū vel filiolā ⁊ filiū vel filiā patrini matrine carnales. Et l3 doctores antiq̄ varia dixerūt circa istā materiā: tn̄ firmiter et sine vlla dubitatiōe tenēdū est q̄ oēs filii duorum ɔpatrū siue ante ɔpaternitatē siue post geniti p̄nt legitie m̄rimōialr copulari. excepta illa p̄sona mediāte q̄ ꝑuētū est ad ɔp̄rnitatē. q3 illa nūq̄ pōt m̄rial'r cop'lari alicui filiorum sui patris spūalis. xxx. q. iii. sup q̄b⁹. ex̄ de cā. spūali. c. i. ⁊. c. Laudabilē. ⁊. c. Tua nos. Itē notādū q̄ ɔpater pōt licite accipere in vxorē filiā ɔpatris sui nisi sit illa mediāte qua ɔpatres effecti sūt. xxx. q. iii. Illud. Solet etiā queri vtrū aliq̄s posset hr̄e duas ɔmatres in vxores. s. vnā post aliā. Ad qd̄ dicendū q̄ refert vtrū ɔmaternitas p̄cedat matrimoniū vel sequat̄. Si p̄cedat licite pōt habere duas

cōmatres in vxores. vbi gr̄a. Maria ⁊ martha sūt ꝯma
tres. postea martin⁹ ꝯtrahit cū maria ⁊ cognoscit eā: et
ea mortua pōt ꝯtrahere cū martha. Et cā est: qꝛ ꝑ vnio=
nē carnis seq̄ntē nō trāsit ad vnionē spūs ꝓcedētē. xxx.
q. ii. Post obitū. Si aūt ꝯmatnitas sequat᷑ mr̄imoniuꝫ
supple ꝑ carnalē copulā ꝯsummatū: tūc distingue: q̄a si
vxor tua suscepit filiū alteri⁹. tunc illa cui⁹ fili⁹ suscipit᷑
efficit᷑ ꝯmater tua ꝑ factū vxoris tue ⁊ sic mortua vxore
tua: nō poteris eā habere in vxorē. Et eādē ꝯpaternita
tē intelligas acq̄ri vxori per virū. Si vero filiū vxoris
tue quē de alio viro genuit aliqua mulier de sacro fonte
leuauerit/vel ad cōfirmationem tenuerit corā ep̄o illa
mulier est ꝯmater vxoris tue ⁊ non tua. quia nō fuit ibi
cōmaternitas acquisita. vnde mortua vxore tua poteris
eā habere in vxorē. Idē est si fili⁹ tuus quē de aliq̄ mu
liere genuisti suscipiat᷑ ab aliq̄. qꝛ nō est acq̄sita paterni
tas vxori tue. Et in hoc casu sicut in alio pōt aliq̄s hr̄e
duas cōmatres in vxores. ⁊ aliq̄ duos cōpatres in mari
tos. Et istud pōt hr̄i ꝑ hos v⁹. Qui michi vl᷑ cuius mea
natū fōte leuauit. Hec mea ꝯmater: fieri mea nō valet
vxor. Si q̄ mee natū: nō ex me fōte leuauit. Hāc post fa
cta mee nō interdicetabor hr̄e. Cōpater ei⁹ nati ꝯiugi nō
ꝓhibent᷑. Ambo cōmatres facit actio passio nūq̄. Notā
dum etiā ꝙ laicus nō pōt ꝯtrahere matrimoniū cū illa
quā baptizauit. Et si de facto ꝯtraxerit/matrimoniū est
dissoluendū. ex᷑ de cogna spūali. li. vi. c. Nedū. Itē nota
ꝙ filius sacerdotis vel alterius viri: q̄ baptizauit puellā
nō pōt ꝯtrahere cū illa puella. vt. c. ꝓallegato. Nedum
Notādū insuꝑ ꝙ solū per sacr̄m baptismi ⁊ ꝯfirmatio=
nis ꝯtrahit᷑ cognatio spūalis que impedit matrimoniū
ꝯtrahendū ⁊ dirimit iā cōtractū. Per cathecismū aūt lꝫ
cōtrahat᷑ cognatio talis que īpediat matrimoniū ꝯtra=
hendū: nō tn̄ ꝯtrahit᷑ que dirimat iā contractū. extra de
cogna. spūali per cathecismum. li. vi.

Cap. vi.

¶ De cognatione legali.

Quia cognatio legalis que adoptio dr vix aut nunq habet in vsu. & paru tractat de ea in iure canonico ideo de hac supersedeo quo ad nunc.

Cap. vii.

¶ De impedimento criminis.

Criminu queda ipediut mrimoniu ztrahendu: sed no dirimut ia ztractu sicut sunt incestus. vxori tediu. raptus aliene vxoris. solenis pnia. & si qs insidiado mrimonio pprium filiu de fonte suscepit vt posset puare vxore. vel vxor viro debito carnali & copula sui. Ite homicidiu pbri. oia ista crimia & forte multa alia crimina ipediut mrimoniu ztrahendu: sz no dirimut ia ztractu/ imo si sint adolescetes & timeant de eor ztinetia: eccia dz eis dare licetia nubedi. ex de eo q cognouit vxore. c. ex ltis. Sut aut tria crimina que no solu dirimut mrimoniu ztrahedu imo dirimut ia ztractu. Primu qn aliqs adulterat cu aliq ziugata: & ipse vel ipa machinat cu effectu in morte mariti ipsi⁹ adultere/ vel mulier cu qua vir fuerit adulterat⁹ machiat in morte vxoris viri adulteri/ vl' ipe adulter vt sil' ztrahat. In hoc casu ztrahere no debet: & si ztraxerit sunt separadi. xxxi. q. Si qs viuete. extra de eo q duxit i mrimoniu qua polluit p adulteriu. c. Sup eo. & c. i. & ii. Scdm est si adulter pstet fide adultere q ducet ea post morte legitimi eius mariti/ vl' adultera adultero post morte vxoris viri adulteri. xxxi. q. i. Relatu. & in oib⁹ pdictis. c. Tertiu est qn no pstat fidem de ea ducedo: sz pncipalr ea ducit: & cu ea cotrahit qz vt ait Celestin⁹ papa. Plus est ducere q fidem dare de ducedo. extra de eo q ducit in ma. qua pol. p adul. ca. Cu hec. & c. Ex lrar. Et istu casu intellige qn pmu mrimoniu est ver & legitimu. qm si no fuerit ver/ sed putabat ee veru nullu prestat ipedimentu scdo mrimonio Si vero null⁹ casuu pdictor interuenerit/ bene pot qs cotrahere cu illa qua polluit p adulteriu. Nota etia q

si mulier que cōtrahit cū cōiugato scit esse coniugatum nūq̄ pōt eā habere etiā post morte ̄ vxoris si aūt ignoraret eū esse cōiugatū immo crederet eū esse solutū. nō obstāte eo q̄ ꝯtrahit cū eo viuēte vxore legitima poterit cōtrahere cū eo post mortē vxoris legitie. extra de eo q̄ ducit vxorē in ma. que pol. p̄ adulteriū. Proposuisti. ⁊ .ca. Veniens. extra de spon. c. cum apostolica. ⁊c̄.

¶ De impedimento disparitatis cultus. Cap̄. viii.

Ad hoc vt matrimoniū sit ratū ⁊ legitimū opꝫ q̄ vterq̄ꝫ cōiugiū sit fidelis. fidelis eni nō pōt cōtrahere mr̄imoniū cū iudea/sarracena/gētili/vł' pagana. ⁊ si ꝯtraxerit de factō nō est mr̄imōiū. Spōsalia tn̄ pōt fidelis cū ifideli ꝯtrahere sub ista forma vł' ꝯditiōe q̄ ifidelis ꝯuertat' ad fidē. xxviii. q. ii. c. Xp̄iane. Infidelis autē pōt cū fideli ꝯtrahere/dū tn̄ sint eiusdē ritus. s. iude⁹ cū iudea: sarracenus cū sarracena. Sed pone alter ꝯuertitur ad fidē: alt' remanet in infidelitate. q̄d fiet de istis? Dico q̄ si infidelis nō vult cohitare cū fideli/vel si vult habitare: non tn̄ vult sine contumelia creatoris vł' sine hoc q̄ trahat eū ad infidelitatē vel ad pc̄m̄ mortale. in trib⁹ casibus contumelia creatoris soluit ius mr̄imonii q̄tū ad fidelē. ⁊ pōt fidelis licite ꝯtrahē. extra de diuor. c. Quātomagis. ⁊ c. Gaudem⁹. nec est dr̄a quantū ad hoc vtrū ꝯuersus fuerit iudeus vł' pagan⁹: q̄ꝫ idē ius hodie in vtrisq̄ꝫ. extra de ꝯuer. in fi. c. Interrogasti. Si autē infidelis vult cohabitare cū fideli absq̄ꝫ aliquo p̄dictōꝝ casuū: et fidelis vult cohabitare secū: bene facit. vt ap̄ls. i. ad Chor. vii. Si vero nō vult cohabitare secū: non est cōpellendus cōtrahere tn̄ illo vel illa viuēte nō poterit cōtrahere cū alio vel alia: cū adhuc daret matrioniū vt tenet in p̄allega. decretc. Interrogasti. Sed q̄d vn⁹ iudeus/vel paganus contrahit cū consanguinea sua scd̄m ritū suū: postea cōuertit' ad fidē. nunq̄d post cōuersionē remanebit tale mr̄imoniū. dico q̄ sic dūmodo nō ꝯtra-

xerint in gradib⁹ a lege diuina ꝓhibitis q̄ ponūtur Le=
uitici. xviii. Qꝛ infideles nō arcētur canonicis institutio
nibus: et per sacrū baptisma nō soluenť ꝯiugia: sꝫ crimi
na dimittūtur. Itē vn⁹ pagan⁹ plures hn̄s vxores ꝯuer
tiť ad fidē. nūq̄d retinebit oēs vxores vľ solū vnā ex illˀ.
Dico ꝙ solū retinebit illā q̄ pꝛimo fuit vxoꝛ ei⁹ qꝛ nulla
aliaꝝ fuit de ei⁹ vxoꝛ. Si aūt alť ꝯiugū labať i heresim
vľ in ifidelitatē: ille q̄ manet ifide nō pōt ꝯtrahere / sꝫ te
neť ꝯtinere: qꝛ lꝫ i isto casu magis appareat ꝯtumelia cre=
atoꝛis q̄ꝫ in pncipio mt̄imōii / tn̄ fideliū ratū ē: ⁊ nullo ca
su supueniēte pōt dissolui: qꝛ q̄s de⁹ ꝯiūxit: hō nō separet
Matrimoniū aūt ifideliū nō est ratū. ideo pōt legitime
dissolui / si alter ꝯiugū ꝯuertať ad fidē. extra de diuoꝛ. c.
Quāto magis. circa finē ⁊ pꝛeallega. superius.

¶ De impedimento violentie. Cap. ix.

Violētia de sui natura etiā sine ꝯstitutiōe ecclie im
pedit mt̄rimoniū qꝛ excludit ꝯsensum liberū q̄ solus
facit mt̄rimoniū. nā vbi met⁹ vľ coactio interuenit: nō pōt
ꝯsensus locū hr̄e. extra de spō. c. Cū locū. xxxii. q. ii. Suf=
ficit. Et qꝛ magna ē dr̄ia inť vi ⁊ metū: iō videndū est q̄d
sit vis vľ coactio ⁊ q̄d met⁹ ⁊ q̄ violētia excuset ⁊ q̄s me=
t⁹. Vis siue coactio vľ violētia q̄ ꝓ eodē accipio est maio
ris rei ipetus q̄ repelli nō pōt. ff. ꝙ me. cau. li. i. Met⁹ est
instantis / vel futuri periculi mt̄is trepidantis. vt dꝛ in
eodē li. i. Vis coactio vel violentia: que pꝛo eodem acci
pio / alia leuis / alia violētia. Leuis nō excludit consen=
sum matrimonialē: sed violenta excludit eum. ar. li. di.
Pꝛesbyteros. extra de spon. c. Veniens. Violēta coactio
est cum aliquis capitur inuitus trahitur / ducitur vel li=
gatur. Item metus alius cadit in ꝯstantem virū / alius
nō. Ille q̄ cadit in ꝯstātem viꝝ excusat ⁊ excludit cōsen=
sum mt̄rimōialem. ff. ꝙ metus. cā. l. metus. extra. eo. ti. c.
. ii. ⁊ . iii. relatū. extra de spōs. c. ii. Met⁹ cadēs in ꝯstātem
virum est sicut met⁹ moꝛtis: cruciatus coꝛpoꝛis: seruitus

et stupri. visus. Excusare met⁹ hos posse putatqꝫ nostis. Stupri siue stat⁹ vberis atqꝫ necis. Notādū ꝙ vn⁹ metus posset cadere in vna ꝑsona qui nō caderet in alia: sicut talis metus caderet in me qui nō caderet in rege: qꝛ nō est verisimile hoīes clare dignitatis ꝓpter metū in vrbe timuisse/vel ꝙ rex metu parui limitis timeat. ff. ꝙ metus cau. non est verisimile. Verūtñ si per potissimas ꝓbatiōes cōstaret de metu repellit̄ p̄sūptio que cōtra eū est/vt dꝫ ibidē. ⁊ sic iudex ſm statū ⁊ diuersitatē perso nax ⁊ tēpox: ⁊ locox iudicabit qualis sit metus vl' violentia: ⁊ scd̄m hoc iudicabit p̄o matrimonio vel cōtra.

¶ Notādū tñ ꝙ q̄licūqꝫ sit metus vl' violētia/si mulier que allegat metū vl' violētiā steterit ꝑ annū ⁊ dimidiū cū viro vel si cōsenserit in carnalē copulā nō dꝫ postea audiri si alleget metū vel violentiā. extra de spō. Ad audientiā ⁊ de his q̄ ma. ac apo. c. Insuꝑ abiecisti. ⁊ de eo q̄ ducit in ma. quā pol. per adul. c. Cōsignificamus.

¶ De impedimento ordinis. Cap̄. x.

ORdinū/vt dictū est supra: q̄dā sunt minores sicut ostiarius/lectoriat⁹/exorcistatus ⁊ acolitatus ⁊ isti nō īpediūt mr̄imoniū ꝯtrahēdū/nec dirimūt iā ꝯtractū Alii sunt maiores. s. subdiaconat⁹/diaconat⁹ ⁊ p̄sbyteratus. ⁊ isti īpediūt mr̄imoniū ꝯtrahēdū ⁊ dirimūt iam cōtractū/qꝛ istis ordinibus votū solenne p̄nie est annexū. extra de voto ⁊ voti redemptione. c. ꝙ votum. li. vi.

¶ De impedimento ligaminis. Cap̄. xi.

IMpedimētū ligamīs est illud. s. cū quis est ligatus alteri vxori qd̄ a deo semꝑ fuit validū ꝙ añq̄ aliq̄ cōstitutio eccl'ie suꝑ hoc emaneret: nūq̄ alligatus vxori potuit aliā recipe nec vnq̄ hoc licuit absqꝫ speciali dispēsatiōe dei q̄ fuit istitutor mr̄imonii. sicut dispēsauit de⁹ cū abrahā/iacob. ⁊ aliis pr̄iarchis. Sꝫ qm̄ aliq̄s pōt esse ligat⁹ vni ꝑ spōsalia tm̄. ⁊ alteri ꝑ mr̄imoniū. iō vidēdū q̄d sit iuris in vtroqꝫ. Pro q̄ notādū est ꝙ si q̄s ꝯtraxerit

matrimonīū vel spōsalia cū aliq̄ p vba de futuro .nō dz ɔtrahere cū alia; nec alia cū alio.sz dz dimittere scdam et redire ad p̄mā .sed si ɔtraxerit cū alia vel alia cū alio spōsalia per vba de p̄nti/vel per vba de futuro.⁊ secuta fuerit copula carnalis:tn̄ matrimoniū dz stare cuz scda vel scdo etiā si spōsalia cōtracta cū p̄ma fuerint iuramento vallata.sed dz agere p̄niam de piurio ⁊ fide mētita.extra de spō.du.c.i.⁊ de spō.sicut ex lr̄is. Si aūt est alligatus alteri vxori matrimonialiter et nō secuta sit inter eos carnalis copula pōtest alter altero inuito religionē intrare.⁊ q̄ manet in seculo/pōt cū alia vel alio cōtrahere.extra de cōuer.cōiug.ex publico de diuor.verūtn̄ post ɔsen.⁊ de spon.du.lz p̄ter solitū. Si aūt fuerit inter eos secuta carnalis copula nūq̄ q̄diu vixerint pos sunt seinuicē dimittere/nisi causa fornicationis:⁊ tūc si se dimiserit aut recōsilientr̄/aut remaneāt inupti.qz ſm vbū saluatoris. Math.v. Si alteri nupserint mechantur. Sed pone q̄ vxor credit maritū suū esse mortuum: et cōtrahit cū alio:postea ille reuertitur quid fiet? Dico q̄ q̄diu ita credit.nec q̄ ipse reuertitur ipa excusatur ab adulterio ⁊ fornicatione ꝓpter ignorantiā facti. et filii si q̄s suscepit ex scdo iudicātur legitimi:sed statim q̄ primus reuertitr̄ dz recedere a scdo ⁊ redire ad primum qd si non fecerit adultera iudicatr̄ xxxiii.q.ii.cū per bellica. c.Si vgo. Sz q̄d si vir nō reuertitr̄ vxor tn̄ credit eū viuere q̄d faciet? Nō exigat debitū a marito quē accepit: reddat tn̄ exigenti. Istud ɔsiliū sibi datr̄.extra de secun. nup.dn̄s ac redēptor Itē pone q̄ vir ierit ad sarracenos in exercitū vl' i regionē lōgiquā nō reuertitr̄:nescit vxor vtrū sit mortu⁹ vl' viu⁹ q̄d faciet ipa? Dico q̄ q̄ntūcūqz sit iuuēcula ɔtrahere nō pōt donec sit certificata de morte mariti.extra de spō.c. In p̄ntia.sz q̄liter certificabitr̄? Dico q̄ p iuramētū illi⁹ sub quo militauit vel etiā sociorꝝ qui ei⁹ mortē nouerāt. Et ſm leges adhuc dz expectare

per annū post iuramentū anteq̄ nubat. Scd̄m vo canones stati post iuramentū p̄stitū pōt ztrahere. extra de secun. nup. c. sup specula. Et ad hoc facit illud apocal'.i. ad cor. vii. s. mortuo viro nubet mulier cui vult in dn̄o. Et Hiero. etiā. viii. nuptias nō cōdemnat/immo approbat. xxxii. q. i. aperiant.

De impedimēto publice honestatis iusticie. Cap. xii.

Publice honestatis iusticia est ip̄dimentū ab ecc'ia introductū ppt ei⁹ honestatē. cui⁹ due species antiq̄tus erāt: nūc aūt est vna tm̄ q̄ ztrahit ex despōsatiōe/puta si q̄s despōsauerit puellā. vii. ānor lz eā nō cognoscat null⁹ tn̄ de zsanguinitate ei⁹ viri poterit eā hēre in vxorē: nec ipse aliā de zsanguinitate mulieris. extra de spō. c. Juuenis. Ideo dixi. vii. ānor/qz si ante septēniū spōsalia pura z recta. i. sine zditione cōtrahātur nullū p̄stant ip̄dimētū nec sūt alicui⁹ momēti nisi post septennium approbauerint ipsa. ex̄ de spon. ipu. ca. Accessit. z. c. Lr̄as. Nota etiā q̄ declaratū est hodie de iure nouo: q̄ licet spōsalia sint nulla rōne zsanguinitatis/affinitatis/ fraternitatis/aut religionis/aut frigiditatis/aut q̄cūq̄z alia cā dūmō nō sint nulla rōne etatis p̄stāt ip̄dimētū publice honestatis iusticie. extra de spō. ipu. c. i. li. vi.

De impedimento affinitatis. Cap. xiii.

Affinitas est ppinq̄tas personar ex carnali copula pueniēs oi carēs parētela. Dixi ex carnali copula qz tā per fornicariā q̄ p m̄rimonialē copulā ztrahit affinitas. xxxv. q. iii. Nec eā. extra de eo q̄ cogno. zsan. vxo. sue discretiōi. z de zsā. z affi. tue fratnitati. Et lz oli eēnt tria genera affinitatis hodie tn̄ p̄mum genus stat tm̄: scd̄o z tertio de medio sublatis. Notādū ergo q̄ p̄mū gen⁹ affinitatis ztrahit ex psona addita cōsanguinitati per carnalē copulā iuxta illā regulā q̄ dicit Persona addita psone p carnis ppagationē mutat gradū attinētie sed nō mutat genus: persona vero addita psone per car

nis ↄiunctionẽ siue copulã mutat genus attinentie. sed non mutat gradũ. Vsus. Mutat nupta genus: sed generata gradum. Et vt melius intelligas ponatur exemplum. Ecce ego ⁊ soror mea sumus vna cõsanguinitas / accipiat soror mea maritũ vel amasium scꝫ petrũ. Iste petrus qui est persona addita consanguinitati mee per carnis cõiunctionem mutat genus attinẽtie: sed est michi affinis in pᵒmo gradu sicut soror mea ⁊ idem intelligas de maritis ⁊ amasiis oim ↄsanguineaꝝ meaꝝ: quia quoto gradu ↄsanguinitatis ipsi attinent michi in toto gradu affinitatis viri vel amasii eaꝝ attinẽt michi. ⁊ que dixi de maritis ⁊ amasiis cõsanguineaꝝ mearum intelligas etiã de vxorib⁹ ⁊ amasiis ↄsanguineoꝝ meoꝝ. Qꝛ in quoto gradu ipsi sũt michi ↄsanguinei: in toto gradu sunt michi affines. Nã si aliqͥs est michi cõsanguineus in scđo gradu: vxor eius vł amasia sua est michi affinis in scđo gradu. Idẽ dico de ↄsãguineis vxoris mee. qꝛ in quoto sunt ei ↄsãguinei: in toto sũt michi affines. et oẽs cõsanguinei mei sunt affines vxoris mee i illo gradu in q̃ sunt michi ↄsanguinei. Ideo notãdũ ꝙ sicut ↄsãguinitas vsqꝫ ad quartũ gradũ impedit mꝛimoniũ ↄtrahẽdũ ⁊ dirimit iã ↄtractũ / ita affinitas vsqꝫ ad eũdẽ gradũ facit hoc idẽ. Notãdũ insup ꝙ cũ grad⁹ affinitatis habeãt ortũ ex ↄsanguinitate cũ dubitaꝛ de affinitate aliquoꝝ recurrẽdũ est ad illã ꝓsonã mediãtẽ q̃ fuit ventũ ad affinitatẽ. ⁊ reqrẽdũ est in q̃to gradu distat ab illa ꝓsona de q̃ agiꝛ ſm modũ supra assignatũ de ↄsãguinitate vbi dꝫ quõ sunt ↄputãdi grad⁹ in ↄsãguinitate. qꝛ in q̃to gradu distant in ↄsanguinitate: in toto distãt in affinitate. Nota etiã ꝙ lꝫ vxor ↄsanguinei mei sit michi affinis: tñ fili⁹ quẽ suscepit ex ↄsanguineo meo nõ est michi affinis sed ↄsanguine⁹. sed si ipsa hẽret filiũ ex alio q̃ michi nõ attineret: ille fili⁹ nec michi esset affinis nec ↄsanguine⁹ filius aũt ↄsãguinei vxoris mee erit michi affinis sicut

ꝓl cuius ſꝫ nõ in illo gradu.qꝛ ſi pat eſt in ꝑmo gradu:fi lius erit in ſcđo.Nota vlteri⁹ ꝙ lꝫ ꝯſanguine⁹ me⁹ me= diãte q̃ cõtrahiť affinitas:ꝑſona tñ q̃ ſupuiuit remanet michi affinis.Sciẽdũ aũt ꝙ lꝫ dictũ ſit ꝙ affinitas cõtra hiť per ꝯcubitũ fornicariũ.intelligẽdũ eſt ſi fiat ordine et modo nature.qꝛ ſi aliquis cognoſceret aliquã ꝯtra naturã:hoc eſt ſi aliquis extra vas debitũ pollueret ali quam quãuis talis pollutio ſit execrabilis/criminoſa ⁊ dãnoſa:nulla tñ ex tali ꝯcubitu ꝯtrahiť affinitas:qꝛ ta= lis ꝯcubit⁹ nõ facit ꝯmixtionẽ nec carnis vnitatẽ ꝑ quã ꝯtrahiť affinitas.Et idẽ michi videť dicendũ ꝙ ſi aliq̃s inuaſit clauſtrũ pudoris alicui⁹/vel poſuit vgã virilem infra membrũ muliebre non tñ peruenit ad ꝯſũmatio= nem operis ꝙ ex hoc nulla cõtrahatur affinitas. Ita di= cunt Rap.⁊ Hoſtien.quia cõmixtio ſeminis requiritur ad affinitatem contrahendam.

¶ De impedimento impotentie coeundi. Cap.xiiii.

INter alia ipedimẽta matrimonii ipotẽtia coeundi obtinet maximũ locũ.qꝛ cõtrariať directe ex natu= ra ſui mřimonio qđ ordinať ad ꝓlẽ ſuſcipiẽdã ⁊ fornica= tionẽ vitandã.⁊ vtrumqꝫ iſtoꝝ ꝯtrariať ipotẽtie coeũdi.qꝛ vero nõ ois ipotẽtia hoc facit:ideo videndũ eſt q̃d ſit ipo= tẽtia coeũdi.q̃t ſunt ei⁹ ſpecies.⁊ que ipedit mřimoniũ ⁊ que nõ. Impotẽtia coeũdi eſt viciũ aie vł corꝑis vel al teri⁹ quo q̃s impediť alteri carnaliť cõmiſceri.Species ipſi⁹ ipotẽtie ſũt multe.alia eſt naturalis alia accidẽta lis.Naturalis vt frigiditas in viro.artatio in muliere. defect⁹ etatis in puero.Accidẽtalis vt caſtratio.malefi= ciũ qđ fit ꝑ q̃dã maleficia que dicunť forte vel fracture Itẽ naturalis ipotẽtia alia ꝑpetualis/alia ꝑpetua.Natura lis ipotẽtia ſi eſt ꝑpetualis ipedit mřimoniũ ꝑ tp̃e q̃ durat. ſicut defect⁹ etatis in puero.qꝛ q̃diu eſt minoris etatis nõ põt ꝯtrahere mřimoniũ.xxx.q.ii.c.i.extra de fri.⁊ ma le.qđ ad ſedẽ.vide ſupra de ſpõ.c.iiii.Naturalis ipotẽtia

sicut frigiditas i viro si sit ppetua ipedit mr̄imoīū ɔtra hēdū ⁊ dirimit iā ɔtractū.xxxiii.q.i.c.ii.de fri.⁊ male.c. Laudabilē fidē.De artatione q̄ est in muliere ita dicas qꝛ si pōt ei subueniri bn̄ficio medicine vl' p ɔtinuū vsū cū hoīe ɔueniētis stature nō ipedit mr̄imoniū cū illo a q̄ pōt carnal'r cognosci.extra de fri.⁊ male.ca.Ex lr̄is. Et nota ꝙ si ppter artationē separat̄ ab eo q̄ eā cognoscere nō pōt ⁊ per assiduū vsum alterius cui⁹ se copulauit sit facta idonea pͥmo:separāda est a scdo ⁊ reddēda est pͥmo.extra de fri.⁊ male.c.Fraternitati.Si vero sit talis artatio ꝙ ei nullo modo subueniri possit bn̄ficio medicine/ipedit matrimoniū ɔtrahendū ⁊ dirimit iam cōtractū.vt in p̄dictis capl'is.Ex lr̄is.et Fratnitati habet̄. Si autē sit ipotētia accidētalis sicut castratio.firmiter tenendū est talis ipotētia ipedit matrimoniū ɔtrahēdū ⁊ dirimit iam ɔtractū.extra de fri.⁊ ma.c.Per sedē. De maleficio aūt distigue qꝛ aut est tp̄ale.aut ppetuū.si sit tp̄ale nullū pͥestat ipedimentū.si sit ppetuū:ipedit matrimoniū ɔtrahēdū et dirimit iā ɔtractū.xxx.q.i.Si per sortiarios.Si querat̄ quō scietur:aut sit tp̄ale vel ppetuū?Dico ꝙ a pͥncipio omne maleficiū reputat̄ tp̄ale. sed ex quo per triennium cohabitauerūt dātes studiose operā carnali copule:si adhuc durat maleficii ipedimētum:reputat̄ maleficiū ppetuū. Notandū tn̄ ꝙ illd̄ qd̄ dictū est de castratione et maleficio intelligendū est qn̄ p̄cedunt matrimoniū: qꝛ si sequant̄ matrimoniū nullū pͥestant impedimentū.xxx.q.vii. Illi q̄ sani.extra.vt li.nō ɔtest.Qui frequēter.ff.de iure do.l.fi.Et idē intelligēdū est de quolibet alio ipedimēto.⁊ intellige oīa que dicta sunt de matrimonio fideliū.quia de matrimonio qd̄ est inter infideles nichil ad nos. De diuoͥtio qd̄ fit per ista impedimēta nichil ad p̄sens dico.qꝛ istud ɔtinet ad officiales et pͥelatos non autem ad curatos quibus dirigitur iste libellus.

trien

¶ De impedimento tempoꝛis feriarum. Cap̃.xv.

Dicto de ĩpedimẽtis que ĩpediũt matrimoniũ ꝯtrahendũ ⁊ dirimũt iam ꝯtractũ. dicendũ est de ĩpedimẽtis que ĩpediũt ꝯtrahẽdũ/sed nõ dirimũt iam cõtractum. Et ista sunt duo. puta tẽp⁹ feriaꝝ ⁊ interdicti eccl'ie Circa tẽp⁹ feriaꝝ notãdũ est ꝙ tp̃e feriaꝝ pñt ꝯtrahere spõsalia ⁊ etiã matrimoniũ. qđ solo ꝯsensu ꝯtrahit᷑. sed traductio vxoꝛis. nuptiaꝝ solẽnitas. carnalis copula ꝓhibent᷑. xxxiii. q. iiii. c. Nõ opꝫ. ⁊ c. Nõ liceat. extra de matrimõio con. ꝯtra interdi. eccl'ie. c. Ex l'cis. Et nota ꝙ tẽpus feriaꝝ est ab aduẽtu dñi vsqꝫ ad octauas epiphanie ⁊ a lxx. vsqꝫ ad octauas pasche. ⁊ a trib⁹ dieb⁹ ante ascẽsionẽ dñi inclusiue vsqꝫ ad octauas pẽthecostes. extra de feriis. capellan⁹. v⁹. Cõiugiũ ꝓhibet aduẽtus/hylariqꝫ relaxat. Septuagena vetat octaua pasche relaxat. Rogãtẽ restat/cõcedit trina potestas. Item. Aspiciẽs veterem: circũ/quasi/quis/benedicta. Aduẽ. septuage. vetant rogatio nuptũ. Octaue stelle: pascheqꝫ relaxant.

¶ De interdicto ecclesie. Cap̃.xvi.

Circa interdictũ ecclesie firmiter tenendũ est ꝙ qñ aliqˀs ꝓhibet᷑ ꝯtrahere cũ aliqua: vt qꝫ foꝛte dꝫ ꝯsãguinea vel affinis ei⁹: vł spõsa alteri⁹ nõ dꝫ ꝯtrahere. sꝫ foꝛte si ꝯtrahat᷑ nisi aliud sit ĩpedimẽtũ ꝙ̃ interdictũ eccl'ie ĩpediat pñt sił manere ⁊ nõ sunt separãdi. Argumẽtum ꝯtra hoc in p̃mo casu scꝫ ꝓpter ꝯsanguinitatẽ separat᷑ matrimoniũ. de ꝯsan. ⁊ affi. c. Nõ dꝫ. Et etiã in scđo scꝫ ꝓpter affinitatem separat᷑. vt in. c. Ex l'cis. et. c. spon. extra. de spõsa. Et sił'r in tertio/scꝫ qñ alter ꝯtrahentiũ est per v̾ba de p̃nti alteri despõsatus/ si ꝯtrahat postea dirimit᷑ scđs ꝯtractus. extra de spon. du. c. Accepisti. et. c. Licet. Solutio. dicẽduꝫ ꝙ nõ sunt separãdi nisi ad tẽp⁹ vt agãt pñiam. qꝫ mãdatũ eccl'ie ꝯtẽpserũt. et ita exp̃sse dꝫ. extra de spõ. c. De muliere. extra de matri. con. contra interdi. eccle. c. Lr̃as. Et ita sũt intelligẽdi oẽs canones

qui dicũt eos separãdos tho2e.q2 exponendũ est nõ semp sed ad tẽpus. Sane vt diuersa circa hãc materiã matrimonii euitent pericula statutũ fuit in cõsilio generali/ vt cũ matrimonia fuerit cõtrahenda in eccl'iis a p̄sbyteris publice p̄ponatur cõpetẽti termino p2efinito vt infra illud tẽpus q̃ voluerit ⁊ valuerit legitimũ impedimendũ apponat. et ipsi p̄sbyteri nichilomin⁹ inuestigẽt vtrũ aliquod impedimentũ obstet. Cũ autẽ apparuerit p̄babilis cõiectura cõtra matrimoniũ ↄtrahendũ/contractus exp2esse p̄hibeatur eis donec q̃d sit faciendũ sup eo manifestis cõstiterit documẽtis. Si autẽ parrochialis sacerdos istud facere ↄtempserit vel q̃libꝫ regularis q̃ matrimonio clãdestino interfuerit trienniũ ab officio suspẽdat/grauius puniẽdus si culpe q̃litas postulauerit Sed ⁊ his q̃ aliter copulari ↄtẽpserint etiã in gradu cõcesso cõdigna p̄nia iniungat. Si quos autem maliciose cõtra m̃rimoniũ legitimũ impedimentũ obiecerit p̄ter p̄niam quã dꝫ agere de p̄ctis canonis cã non dꝫ effugere vltionẽ. et istud optime seruat in eccl'iis gallicanis vbi per tres dies dñicos vel per tres dies solẽnes añq̃ ↄtrahat m̃rimoniũ indicit in eccl'ia q2 si aliq̃s aliqd̃ impedimẽtũ sciuerit p̄pterqd̃ m̃rimoniũ nõ debeat fieri/illud p̄ponat. ⁊ istud vocãt bãna in frãcia. ⁊ q̃cunqꝫ istis bãnis p2etermissis ↄtrahũt sunt excõicati. vnaqueqꝫ tñ eccl'ia in suo sensu abundet. Et hec de matrimonio sufficiant. Et sic terminat p2ima particula huius lib2i in quo de omissis ⁊ min⁹ bene dictis veniã petes. obsecro lecto2em beniuolũ ⁊ cõtra sagittas detracto2 clipeũ o2atiõis opponẽs. minus bñdicta co2rigat ⁊ emẽdet. ¶ Finit p̄ma pars huius libelli manipuli curato2 que v̄satur circa sacramenta ⁊ eo2 administrationẽ. ¶ Incipit scd̃a pars p̄ncipalis in qua agitur de p̄nia: ⁊ de his que pertinẽt ad ↄfessionẽ audiendã ⁊ p̄nia2 impositionẽ. que in q̃ttuo2 tractatus diuiditur. ¶ P2ologus.

Prologus.

Verus deus ac pius samaritan⁹ dulcis iesus qui vi
nū ⁊ oleū infudit in vulnerib⁹ sauciati ad hierusa
lē in hierico descēdentis q̄ incidit in latrones: statū rui
nāqꝫ pcti ei⁹ medelā ac remediū signi ac mirabili para
bola declarauit. Hierusalē eni que visio pacis interpre=
taƀ innocētia baptismalis est per quā bersabee q̄ puteus
